

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Concl. IV. Singula Sacra menta præter gratiam habitualem conferunt auxilia quædam specialia, quibus homo juvetur ad cujusque finem obtinendum, cum eâdem proportione æqualitatis vel inæqualitatis, quâ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

Ita docet Scotus 4. dist. 1. q. 6. n. 13. ad ultimum ibi: *Dico ergo ad maiorem, quod Sacramentum magis propriè significat illum effectum in anima. ad quem conseritur gratia in Sacramento, quam significat ipsam gratiam. Vnde gratia existens und in anima, Sacra menta tamen diversa distinguuntur penes diversa significata propria, quae sunt diversi effectus eiusdem gratiae. Quia autem hoc in collectu difficile est, tum propter nimiam diversitatem effectuum, pura regenerationis in Baptismo, nutritionis in Eucharistia, absolutionis in Pœnitentia &c. tum quia habitus supernaturales non facilitant ad operandum, adeoque non juvant ad resistendum tentationibus aut promptius operandum; hinc communis consensus Doctorum singulis Sacramentis attribuit particularem quendam, sed secundarium effectum, quem jam explico.*

#### CONCLUSIO IV.

**Singula Sacra menta præter gratiam habitualis conferunt auxilia quædam specalia, quibus homo juvetur ad cuiusque finem obtinendum, cum eadem proportione æqualitatis vel inæqualitatis, quam gratiam habitualis.**

76. **P**robatur: quia alioquin frustra plura essent instituta Sacra menta; posset quippe augmentum gratiae haberi per frequentem repetitionem ejusdem Sacramenti, v.g. Communionis, per quam probabile est plus gratiae habitualis conferri, quam per alia Sacra menta.

Confirmatur ex Patribus, qui docent Sacra mentum Matrimonij & Ordinis esse institutum ut per gratiam ejusmodi Sacra mentorum onera Ecclesiastica præfectura, & conjugij sustineri possint, mutuus amor & mutua fides servari, & proles ritè educari. Similiter Confirmationem esse institutam ad dandam gratiam, quæ constanter, ubi necesse fuerit, fidem profiteamur & persecutiones patiamur: non quod hujusmodi auxilia divina sine Sacra mentis aut eorum voto non possint haberi (constat siquidem Confirmationem non esse in præcepto, & tamen aliquos sine ea ac ejus

voto per serventes preces hujusmodi auxilia obtinuisse) sed quod per Sacra menta facilius & certius obtineantur.

Hæc autem doctrina Patrium non subficit, nisi aliquid concedatur per aliqua Sacra menta, quod non per alia; sine fundamento autem assertur illud esse habituale: ergo ut illa Sacra menta con sequant fines suos, opus est actualibus auxilijs.

Porro idem credendum est de alijs Sacra mentis, v.g. Baptismo, qui per se institutus est ad spiritualem regenerationem, seu ad gratiam sanctificantem simpliciter primam: credendum (inquit) quod per eum etiam conferantur auxilia quadam spiritualia, quibus in ea vita novitate perscrutamus, ac mandata Christi screremus, cuius fidei professio fit in Baptismo; ac denique quibus alia Sacra menta dignè suscipiamus, cum sit janua ceterorum. Similiter per Sacra mentum Pœnitentie veritabile est dari aliquod speciale auxilium ad effaciens detestandum peccata, & satisfacendum pro commissis: quia institutum est per se ad gratiam non simpliciter, sed post lapsum primam, seu per modum non generationis, sed resurrectionis spiritualis, ac curationis à lethali peccato: unde Patries vocant illud secundum post naufragium tabulam. Extrema etiam Unctio, cum sit instituta ad reliquias peccatorum abstergendas, & ad conferendum robur in extrema illa lucta, & spiritualem alacritatem; existimandum est, quod conferat auxilia ad hujusmodi effectus. Eucharistia denique, quæ instituta est per modum nutrimenti spiritualis, praefat auxilia per quæ præservemur à morte spirituali seu mortali peccato, ac spiritualiter recreemur & consolemur, atque Christo per actus charitatis ac devotionis uniamur.

Itaque auxilia illa actualia sunt rectæ & sanctæ cogitationes motusve subiti voluntatis ad specialem finem singulorum Sacra mentorum à Deo immisæ. Et ratione illorum, sive propter specialem ordinem congruitatis ad illa, gratia habitualis, quæ conseritur in Sacramento & vocari solet sacramentalis, distinguuntur moraliter à gratia communiter dicta, sive quæ conseritur extra Sacra mentum per bona opera.

Majorem distinctionem neque ratio, neque auctoritas exigit; adeoque minimè assertenda, maximè in sententia Scotti, quæ non agnoscit habitus supernaturales per se insulos præter Fidem, Spem & Charitatem. Sicut ergo Fides & Spes Sacramentalis, (ut

L

sic lo-

77.

78.

sic loquar) à nomine specie physica distinguntur à Fide & Spe extra Sacramentum infusis; ita neque Charitas, qua identificatur gratiae habituali, distingui debet.

79.  
Quicumque  
Gratia habi-  
tualis exigit  
aliqua auxi-  
lia ad resi-  
stendum  
tentationi-  
bus & bene  
operandum.  
*Tridentinum.*

Et quidem quæcumque gratia habitualis exigit aliqua auxilia, sive gratias prævenientes ad resistendum tentationibus & bene operandum. Deus namque (loquitur Trident. sess. 6. cap. 11.) suā gratiā actuali semel iustificatos non deferit, nisi ab eis prius deseratur. Rationem præmiserat: Quo (inquiens) sit, ut iusti ipsi eō magis se obligatos ad ambulandum in via iustitia sentire debeant, quo liberati iam à peccato, servi autem & amici facili Deo, sobrie, iuste & piè viventes proficer possint per Christum Iesum, qui diligenter se diligit, dirans eos specialibus favoribus & auxilijs, quibuscum facilius possint, si velint, mandata Dei servare; id quippe maximè consentaneum est legibus amicitiae, ut amicus juxta voluntatem amici operetur.

Quapropter Trident. supra can. 18. specialiter definit, Dei præcepta homini iustificato & sub gratia constituto esse ad observandum possibilia. Quis ergo miretur, si amicitia seu gratia sacramentalis præter illa auxilia communia de congruo postulet specialiora, quibus obtinetur finis à Christo per Sacramentum specialiter intentus? Siquidem ad hoc Christus in particulari sua merita applicavit. Quemadmodum inter homines, si subditus aliquis meruit amicitiam principis obsequijs specialibus ad certam materiam, si in illa est locus præmio, par est ut in illa obtineat; v. g. si servit in rebus Indicis, ut in India accipiat aliquid officium, maximè si fuerit promissum.

Ex quo apparet longè aliter gratiam sacramentalem exigere illa auxilia, quam lignum aut lapidem, ad quorum presentiam Deus illa daret; sic etenim gratia extrinsecè connotat illa auxilia dependenter à decreto Dei, ut tamen sit radix congrua, cuius intuitu conferatur in tali materia; & ideo dicuntur dari mediante gratiæ, & juxta eius proportionem, ut haber secunda pars conclusionis, quæ non indiger aliâ probacione.

80.  
Verisimili-  
ter intuitu  
Sacramenti  
initerabilis  
dantur, oc-  
casione oc-  
currente,  
per totam  
vitam auxi-  
lia; non sic gula auxilia determinari. De tempore,

Solum nota, verisimile esse intuitu Sacramenti initerabilis dari auxilia gratiæ per totam vitam cum occasio occurrit; ratione vero aliorum, v. g. Pœnitentia vel Communionis non; sed certum numerum; cum enim instituta sint ut repeatantur, sufficiebat singulis vicibus finita; non sic gula auxilia determinari.

De tempore,

quo hæc auxilia conferuntur, dicam in fine intuitu Sectionis; prius explicò alterum effectum secundarium, qui ab Ecclesia vocatur Character. Circa quem queritur Primo, in quibus Sacramentis imprimatur? Relatio erit

## CONCLUSIO V.

Fidei est Baptismum, Confirmationem & Ordinem imprimere characterem; quamquam hoc ipsum neque experientiâ vel ratione, neque auctoritate Scripturæ aut Sanctorum Patrum evidenter necessariò possit probari.

S Uppono ex Scoto 4. dist. 6. q. 9. n. 2. 81. Vocabulum *Charakter* apud Græcos *Charakter* idem valere, quod apud Latinos figura: Et sic (inquit) accipitur ad Heb. 1. ubi nos habemus, figura substantia, ponitur character in graco: & hoc modo dicimus characteres, figuræ, quibus littera scribuntur: & hoc modo dicimus characteres in incantationibus, & huiusmodi quædam figuræ protractæ: & hoc modo accipitur in Apocalypsi character bestie, figura in fronte vel in manu, que significat ipsam pertinere ad familiam bestiarum. Generalius autem accipitur character pro signo; & hoc modo Baptismus potest dici character, quia signum quoddam est. Forma etiam verborum in Sacramento aliquo potest dici character, sicut Magister loquitur in ista distinctione. Sed his omnibus prætermis, de charactere, ut loquimur in proposito, Theologi concipiunt communiter per characterem quoddam spirituale impressum à Deo suscipienti Sacramentum non venerabile. Hec Doctor Subtilis de ratione nominis.

Quâ cogniti, nefas est Catholico dubitare de prima parte conclusionis post Florentinum & Tridentinum: illud siquidem in Decreto Unionis sic definit: Inter haec Sacra mentria sunt Baptismus, Confirmationis & Ordo, qua characterem, id est spirituale quoddam signum à ceteris distinctum imprimit in anima indeleibile. Unde in eadem persona non reiterantur: reliqua vero quatuor characterem non imprimit, & reiterationem admittunt. Hoc vero sessione 7. canone 9. damnat errorem contrarium, qui à Waldensii Tom. 2. doctrinalis fidei cap. 109. adscribitur

Prima pars  
conclusio-  
nis est Flo-  
rentini &  
Tridentini.

*Waldensii.*